

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iohannes Mageirus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

5. Filias suscepit. Secundò 1598. cum Anna, quæ Septena prole Parentem fecit ; Singulari iudicio & prudentia, consiliorumque dexteritate valuisse scribitur. Appropinquante Senio variis morbis, aurium videlicet tinnitu & vertigine obrutus terrena reliquit, d. 17. Decembr. 1623. ætatis 69. Schorn-dorffæ in Templo sepultus. Concionem exequialem habente M. Joh. Huzelino, Superintendente Schorn-dorffensi ex Dan. 12. versu ultimo. In Obitum, ejus S. C. Maiclerus, Poëta Laur. sic ἐπιγραμμα-τίζει.

Heu! moritur Daniel! quis nunc per jurgia Vindex
Arguet ac falsi crimina discutiet?
Assertor veri, recti defensor & æqui,
Atque pudicitie quis modò testis erit?
Qualis enim Persis quondam fuit ille Prophetes
Talem inter SUEVOS hunc quoque fama tulit. (b)

Scripta.

Valet-Predigt zu Stuttgardt gehalten / Amos 9.
Stuttgardt / 1607. 4.

Leichpredigt über Annam von Engelshofen / An.
1595. Füb. 4.

JOHANNES MAGEIRUS, Abbas Nat. 1560.
Bebenhusanus, Generalis Superinten. Cl. 1600.
dens & Senatus Provincialis in Consilio O. 1626.
Secretiore Adfessor, Præpositi Stuttgar-
diani supra laudati ex Anna Frisia, priori conjuge,
filius

(b) Epigramm. Libr. II. p. m. 44.

filius in cunis vagire cepit Stuttgardiaë, ubi d. 22. Aug. A. C. 1560. baptismi lavacro initiatus. Literarum primitias Vaihingæ partim in Scholâ, partim Maulbronnæ in Collegio Alumnorum, sub Inspectione Patris, ibi Superintendentem Specialem & Generalem, hic Abbatem agentis libavit. Solidiorem verò linguarum & Philosophiæ Cognitionem in Academia Tubingensi & Stipendio Ducali hausit, studiosorum Albo anno 1579. insertus. Consuetis honoribus Philosophicis redimitus Verbi divini opsonia, & verioris Theologiæ lautitias degustare cepit, in Repetentium, quos vocant, numerum cooptatus. Inde suis paternisque meritis suffultus per gradus officiorum legitimos ad summas in hoc Ducatu dignitates adspiravit. Ministerium quippe ingressus, Herrenbergæ ut Diaconus An. 1584. Exactoque biennio Stuttgardiam vocatus Diaconatum primò, dein Pastoraturn ad D. Leonhardum administravit. Inde An. 1589. Backnangam ad Antistitium, & post novennium An. 1598. ad Episcopiam Dioceseos Göppingensis Specialem pervenit. Quam triplex Infula ordine quæque suo subsecuta est, videlicet Anhusana. An. 1609. Denckendorfensis anno 1612. tandemq; Bebenhusana an. 1619. d. 14. Febr. cum Sessione inter Ordines Provinciales in Selectiori Senatu ut plurimum connexâ. In thorum adscivit Juditham, Marci Aulberi, Pastoris Beinsteinensis filiam Anno 1584. d. 7. Novembr. Honorificam ejus, sed paucis mentionem injicit Clar. Serpilus Epitaph. Th. Suev. p. m. 47. Elogia Viri Epitaphium Bebenhusæ in Templo extans hisce verbis adumbrat:

D. S.

J
fess
tem
den
Pat
sti
nan
nas
si B
inse
Jun
cui
tur

SE
f

Ere
2
b

D. S.

IOHANNES MAGEIRUS, Cœnobii hujus XXXIII. sed Augustanæ Confessionis VII. Abbas, Consiliarius Wirtembergicus & Generalis Superintendens, Pietate Virtutibus & Meritis in Patriâ Clarissimus. In Ecclesiæ Christi Herrenbergæ. Stuttgartiæ. Backnangæ & Göppingæ Tribus itidem Monasteriis. Anhusano. Denckendorffen. Bebenhusano XLII. Annos magnâ fide inserviens Piè tandem obdormivit XI. Junii, A. Ch. MDCXXVI. Ætat. LXVI. cui Deus beatam Resurrectionem largiatur.

Conf. Bruñnii Synopt. Libell. p. 78.

Scripta.

Reichpredigt über Herrn Raban von Liebenstein / Phil. I. Tübing. 1600. 4.

über Joh. Andrea / Abbt zu Königsbronn / 1602. 4.

über Wilhelmum Mögling, Abbt zu Königsbronn / auß Ps. 34. 20. Tübingen / 1602. in 4.

Ereue Warnung für dem Calvinischen Weg Weiser Georg Hansfelds zu Bretten / Tübingen / 1592. in 4. *Patris nomine exaratum.*

GEOR-